

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvcvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

1. Vtrum solus Deus interius operetur in sacramentis.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

QVAEST. LXIII.

ARTIC. I.

¶ Aduerte hic, quod circa eucharistie sacramentum possimmo considerari, scilicet ipsum sacramentum (quod nihil aliud est quam actione sacramentalis consilium in consecratione materiae) & potest considerari usus sacramentorum, quo Eucharistia percipitur a nobis. Et de primo quidem, an imprimit characterem, sub conditione cadere non potest, quia actio illa nihil ponit in animabus nostris: sed ad materiam exteriore terminatur. De secundo autem Auctor loquitur, reddens rationem, quare non imprimit nobis characterem, & cum hoc magnificans ipsum, quod continet Christum, in quo est fons omnium characterum.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est) sacramenta nouae legis ad duo ordinantur: scilicet in remedium peccati, & ad cultum diuinum. Est autem omnibus sacramentis communne, quod per ea exhibetur aliquod remedium contra peccatum, per hoc quod gratiam conferunt: non autem omnia sacramenta ordinantur directe ad diuinum cultum: sicut pater de poenitentia, & matrimonio, ergo non omnia sacramenta imprimitur characterem.

¶ SED CONTRA est, quod sacramenta in quibus imprimitur character non reiteratur, eo quod character, est indelebilis, ut dictum est: quod autem sacramenta iteratur, sicut patet de penitentia, & matrimonio, ergo non omnia sacramenta imprimitur characterem.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est) sacramenta nouae legis ad duo ordinantur: scilicet in remedium peccati, & ad cultum diuinum. Est autem omnibus sacramentis communne, quod per ea exhibetur aliquod remedium contra peccatum, per hoc quod gratiam conferunt: non autem omnia sacramenta ordinantur directe ad diuinum cultum: sicut pater de poenitentia, & per quam homo liberatur a peccato: non autem per hoc sacramentum exhibetur homini aliquid de novo, pertinens ad diuinum cultum, sed restituitur in statum pristinum. Pertinet autem aliquid sacramentum ad diuinum cultum tripliciter: uno modo, per modum ipsius actionis: alio modo, per modum agentis: tertio modo, per modum recipientis. Per modum quidem ipsius actionis pertinet ad diuinum cultum eucharistia, in qua principaliter diuinus cultus constituit, inquantu est ecclesiae sacrificium: & per hoc idem sacramentum non imprimit homini characterem: quia per hoc sacramentum non ordinatur homo ad aliquid aliud ulterius agendum, vel recipientum in sacramentis, cum potius sit finis & consummatio omnium sacramentorum, ut dicitur in 3. c. Eccl. hierar. continet tam in se ipsum Christum, in quo non est character: sed tota sacerdotii plenitudo. Sed ad agentes in sacramentis, pertinet sacramentum ordinis: quia per hoc sacramentum deputatur homines ad sacramenta alii tradendi: sed ad recipientes pertinet sacramentum baptismi: quia per ipsum homo accipit potestatem recipiendi alia ecclesiae sacramenta. unde baptismus dicitur esse ianua omnium sacramentorum. Ad ideam etiam ordinatur, quodammodo confirmatio, ut infra suo loco dicetur. & ideo per haec tria sacramenta character imprimitur, scilicet per baptismum, confirmationem, & ordinem.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod per omnia sacramenta sit homo particeps sacerdotii Christi, ut potest percipiens aliquem effectum eius: non tamen per omnia sacramenta aliquis deputatur ad agendum aliquid vel recipientum, quod pertineat ad cultum sacerdotii Christi: quod quidem exigitur ad hoc, quod

ta nouae legis imprimitur characterem.

¶ Pr. Character se habet ad animam, in qua est, sicut consecratio ad res coelestes: sed per quodlibet sacramentum nouae legis homo recipit gratiam sanctificantem, ut supra dictum est. ergo uidetur quod per quodlibet sacramentum nouae legis, imprimitur character.

¶ Pr. Character est res & sacramentum. In quolibet autem sacramentum nouae legis est aliquid quod est res tantum, & aliquid quod est sacramentum tantum, & aliquid quod est res & sacramentum, ergo per quodlibet sacramentum nouae legis imprimitur character.

SED CONTRA est, quod sacramenta in quibus imprimitur character non reiteratur, eo quod character, est indelebilis, ut dictum est: quod autem sacramenta iteratur, sicut patet de penitentia, & matrimonio, ergo non omnia sacramenta imprimitur characterem.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est) sacramenta nouae legis ad duo ordinantur: scilicet in remedium peccati, & ad cultum diuinum. Est autem omnibus sacramentis communne, quod per ea exhibetur aliquod remedium contra peccatum, per hoc quod gratiam conferunt: non autem omnia sacramenta ordinantur directe ad diuinum cultum: sicut pater de poenitentia, & per quam homo liberatur a peccato: non autem per hoc sacramentum exhibetur homini aliquid de novo, pertinens ad diuinum cultum, sed restituitur in statum pristinum. Pertinet autem aliquid sacramentum ad diuinum cultum tripliciter: uno modo, per modum ipsius actionis: alio modo, per modum agentis: tertio modo, per modum recipientis. Per modum quidem ipsius actionis pertinet ad diuinum cultum eucharistia, in qua principaliter diuinus cultus constituit, inquantu est ecclesiae sacrificium: & per hoc idem sacramentum non imprimit homini characterem: quia per hoc sacramentum non ordinatur homo ad aliquid aliud ulterius agendum, vel recipientum in sacramentis, cum potius sit finis & consummatio omnium sacramentorum, ut dicitur in 3. c. Eccl. hierar. continet tam in se ipsum Christum, in quo non est character: sed tota sacerdotii plenitudo. Sed ad agentes in sacramentis, pertinet sacramentum ordinis: quia per hoc sacramentum deputatur homines ad sacramenta alii tradendi: sed ad recipientes pertinet sacramentum baptismi: quia per ipsum homo accipit potestatem recipiendi alia ecclesiae sacramenta. unde baptismus dicitur esse ianua omnium sacramentorum. Ad ideam etiam ordinatur, quodammodo confirmatio, ut infra suo loco dicetur. & ideo per haec tria sacramenta character imprimitur, scilicet per baptismum, confirmationem, & ordinem.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod per omnia sacramenta sit homo particeps sacerdotii Christi, ut potest percipiens aliquem effectum eius: non tamen per omnia sacramenta aliquis deputatur ad agendum aliquid vel recipientum, quod pertineat ad cultum sacerdotii Christi: quod quidem exigitur ad hoc, quod

sacramentum characterem imprimat.

AD SECUNDUM dicendum, quod per omnia sacramenta sanctificatur homo, secundum quod sanctitas importat munditiam a peccato, quae fit per gratiam: sed specialiter per quadam sacramenta, quae characterem imprimit, homo sanctificatur quadam consecratione, ut deputatus ad diuinum cultum: sicut etiam res inanimatae sanctificari dicuntur, in quantum diuino cultui deputantur.

AD TERTIUM dicendum, quod licet character sit res & sacramentum, non tamen oportet omne id, quod est res & sacramentum, esse characterem: quid autem sit res & sacramentum, in alijs sacramentis infra * dicetur.

QVAESTIO LXIV.

De causa sacramentorum, in decem articulos divisâ.

Super Questionis sexagesimaquarte Articulum primum.

T Itulus clarus est.

In corpore una ponitur distinctio membris cum duabus conclusionibus singulis, iuxta singula membra, distinctione est: Operari effectum contingit uel per modum principalis agentis, uel per modum instrumenti. Prima conclusio est, solus Deus

primo modo operari effectum interiorum sacramentorum.

¶ Secundum, Vtrum institutio sacramentorum sit solum a Deo.

¶ Tertium, De potestare, quia Christus habuit in sacramentis.

¶ Quartum, Vtrum illam potestatem potuerit aliis communicare.

¶ Quintum, Vtrum potestas ministerialis in sacramentis, conueniat malis.

¶ Sextum, Vtrum mali peccant dispensando sacramenta.

¶ Septimum, Vtrum angeli possint esse ministri sacramentorum,

¶ Octauum, Vtrum intentio ministri requiratur in sacramentis.

¶ Nonum, Vtrum requiratur ibi recta fides: ita scilicet, quod infidelis non possit tradere sacramenta.

¶ Decimum, Vtrum requiratur ibi recta intentio.

ARTICULUS PRIMUS.

Vtrum solus Deus operetur interius ad effectum sacramenti.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod non solus Deus, sed etiam minister interius operetur ad effectum sacramenti. Interior enim sacramenti effectus, est ut homo purgetur a peccatis, & illuminetur per gratiam: sed ad ministros ecclesiae pertinet purgare, illuminare & perficere, ut pater per Dionysii in 3. c. Cele-

Infarsat
Et 4. d.
9.2. acta
in

in facramento & mi-
nistro: sicut in her-
bis & rebus, ea ratio-
ne: quia minister no-
nus ut necessario re-
quisitus ad perfectio-
nen sacramenta con-
curret. Omnibus au-
te requisitus ad per-
fectionem sacramen-
ti, hinc principale
agentis quod est De-
us: & non partialibus
concurrentibus ad
perfectendum sacra-
mentum unu: quod
et ut eis ut partici-
bus con cursum ad
ad perfectionem in-
strumentum unus: in
uno uno instrumen-
to, quocumque re-
quisitum parvula, una
eadem perfecta
instrumenta recipi-
entur, & partibus
consonantibus eis.
In reponione ad
secundum, dubium
occurreat, an gracie
interior gradus co-
prehendatur sub an-
teriori, que per deuo-
tionem ministri im-
perant possunt reci-
pienti sacramentum.
Et si ratio dubii:
qua si comprehen-
datur sub annexis,
de quibus preceden-
tia verba litera (ci-
licet effectus sacra-
menti non datur me-
jor per meliore mi-
nistri) esse falsa,
quoniam si ex deuo-
tione ministri, inten-
sior gratia darecur-
patur, vel abfol-
lito, conitatur per me-
lior effectus darecur
per meliorem ministri,
cum gratia ip-
fasci effectus sacra-
menti. In oppositu
autem est, quod si nul-
la ratio apparet, qua-
realia dona Dei pos-
sum habere ratio-
nem annexi impe-
trabilis per deuotio-
nem ministri: & ma-
iores gracie non
possunt habere ratio-
nem annexi, huic-
modo. Potest enim
deus minister hoc
facere & alia, a diuine
intencione largita
tempore.

¶ Ad hoc dicatur,
quod cum minister
sacramenta non sit
deerioris condicio-
nis ministri frando
sacramentum, quam
non ministri, &
ministris recipiens
non sit ex receptio-
ne deerioris condi-
tione diuina lar-
gas ex hoc quod
impedit sacramen-
tum adiungatur, confe-
gens est, ut possit

hierar ergo videtur quod non so-
lus Deus, sed etiam ministri ec-
clesia interius operentur ad sacra-
menti effectum.

¶ Præterea. In collatione sacra-
mentorum quædam orationum
suffragia proponuntur: sed ora-
tiones iustorum sunt magis apud
Deum exaudibiles, quærum quo-
rumcumque secundum illud Io-
an. 9. Si quis Dei cultor est, & uol-
untatem eius facit, hunc Deus
exaudit, ergo videretur quod ma-
iore effectum sacramenti con-
sequatur ille, qui recipit ipsum
a bono ministro, sic ergo &
minister aliquid operatur ad interio-
rem effectum, & non solus
Deus.

¶ Præterea. Dignior est homo,
quam res inanimata: sed res inani-
mata aliquid operatur ad interio-
rem effectum: nam aqua cor-
pus tangit, & cor abluit, ut Augu-
stinus* dicit super Ioan. ergo ho-
mo aliquid operatur ad interio-
rem effectum sacramenti, & non
solus Deus.

C SED CONTRA est, quod dici-
tur Romano. 8. Deus est qui iusti-
ficat. Cum ergo interior effectus
omnium sacramentorum sit iusti-
ficatio, videtur quod solus Deo
operetur interior effectum sa-
cramenti.

R ESPONDEO. Dicendum, quod
operari aliquem effectum, cōtingit
dupliciter, uno modo per mo-
dum principalis agentis: alio mo-
do per modum instrumenti. Pri-
mo igitur modo, solus Deus o-
peratur interior effectum sa-
cramenti: tum, quia solus Deus
illabitur anima, in qua sacra-
menti effectus existit, ubi non est: tū,
quia gratia quæ est interior sacra-
menti effectus, est a solo Deo,

ut in secunda parte dictum est.*

Character etiam, qui est interior
quorundam sacramentorum ef-
fectus, est virtus instrumentalis,
quæ manat a principali agente,
quod est Deus: secundo autem
modo, homo potest operari ad
interior effectum sacramenti,
inquantum operatur per modum
ministri, nam eadem ratio est mi-
nistri, & instrumenti: utriusque
enim actio exterius adhibetur:
sed fortius effectum interior
ex virtute principalis agentis, qd
est Deus.

AD PRIMUM ergo dicendum,
quod purgatio, secundum quod
attribuitur ministris ecclesiæ non
est a peccato: sed dicuntur diaconi
purgare, inquantum uel im-

A mundos ejusmodi a cœtu fidelium:
uel eos sacris admonitionibus di-
sponunt ad sacramentorum rece-
ptionem. Similiter etiam sacer-
dotes illuminare dicuntur sacrum
populum, non quidem gratiam
infundendo, sed sacramenta gra-
tia tradendo, ut patet per Diony-
sium * ibidem.

AD SECUNDUM dicendum, &
orationes quæ dicuntur in sacra-
mentorum collatione, proponu-
ntur Deo, non ex parte singularis
personæ, sed ex parte totius ec-
clesie, cuius preces sunt apud
Deum exaudibiles, secundum il-
lad Matth. 18. si duo ex uobis cō-
senserint super terram, de omni
re quocumque perierint, fieri il-
lis a patre meo. Nihil tamē pro-
hibet, quin deuotio uiri insit, ad
hoc aliquid operetur: illud tamē
quod est sacramenti effectus, nō
imperatur oratione ecclesiæ vel
ministri, sed ex merito passionis
Christi, cuius uirtus operatur in
sacramentis, ut dictum est. * unde
effectus sacramenti nō datur me-
lior per meliorem ministri. Ali-
quid tamē annexum impetrari
potest recipienti sacramentum,
per deuotionem ministri: nec tamē
minister illud operatur, sed
imperatur operandum a Deo.

AD TERTIUM dicendum, quod
res inanimatae non operantur a
liquid ad interior effectum,
nisi instrumentaliter, ut dictum
est.* Et similiter homines non o-
perantur ad sacramentorum effec-
tum, nisi per modum ministerii,
ut dictum est.

ARTICVLVS II.

Vtrum sacramenta sint solum ex insi-
tutione diuina.

AD SECUNDUM sic procedit.
Videtur, quod sacramenta non
sunt solum ex institutione diuina.
Ea enim quæ sunt dininitus insti-
tuta, traduntur nobis in sacra scri-
ptura, sed quædam aguntur in sa-
cramentis, de quibus nulla fit mē-
ta in sacra scriptura, puta de cri-
smate quo homines confirman-
tur, & de oleo, quo sacerdotes
inunguntur, & de multis aliis tam
uerbis quam factis, quibus uti-
mur in sacramentis. non ergo sa-
cramenta sunt solum ex institu-
tione diuina.

¶ Præterea, Sacramenta sunt que-
dam signa: res autem sensibiles
naturaliter quadam significant,
nec potest dici quod Deus qui-

minister imperare
maiorem gratiam re-
cipienti sacramen-
tum, quam sit illa
que regulariter per
sacramentum dar-
tur, aut quæ illi se-
cula ministri devo-
tione daretur, sicut
poterit eandem ma-
ior rem gratiam extra
ministri sacramen-
ti imperare, ac per
hoc maioritas gra-
tie potest habere ra-
tionem annexi im-
petrabilis ex ministri
deuotione. Nec
properea sequitur,
quod maior seu me-
lior effectus sacra-
menti deuotio per me-
liorem ministrum:
quoniam maioritas
illa impetrata non
habere rationem ef-
fectus sacramenti,
sed rationem annexi
effectui sacramen-
ti, & esset effectus a
solo Deo concomi-
tanter ad sacramen-
tum, impetratus ex
deuotione ministri.

T Itulus clarus
¶ In corpore una
conclusio, solus de-
us est sacramen-
torum institutor. Pro-
batur, Virus sacra-
menti est ab institu-
tore sacramenti: fed
virus sacramenti est
a solo Deo, ergo sol-
us Deus est sacramen-
torum institutor. Ma-
ior probatur: Institu-
mentum habet vir-
tutem a principali
agente: sacramentum
est instrumentum ad
spirituales effectus,
& principale agens
respectu sacramenti,
cor. Et dictum
non est utens tacum
sacramento, sed in-
stituens ipsum, ergo
virus sacramenti est
ab instituente ipso.
Processus totus est
clarus. Et secunda
pars minoris istius
profyllogismi decla-
ratur in litera, dicitur
quod duplex agens
respectu sacramen-
ti, & ex exclusione
unius membra, scilicet
agens per modum
utentis interfici-
tur reliquum, scilicet
agens instituen-
do, esse agens princi-
pale, ac per hoc a
quo est virus sacra-
menti.

Nota